

simus iuvenis Fr. Goellerus in meam gratiam diligentissime descripsit. Contulit enim Victorius, ut primo aspectu apparet, plures Codices Mss., reper-tamque ibi lectionis varietatem ad exempli illius marginem manu sua adposuit. Ad nostram quidem fabulam egregios illum codices habuisse, inde patet, quod, quidquid boni e Codicibus suis Britanni et maxime Musgravius enotarunt, idem tantum non ubique hic repraesentatum videmus. Unde, nisi insignes aliquot discrepantias animadverterem, quaedam etiam plane nova, profecto suspicarer, nihil praeter eosdem libros, quos postea Musgravius usurpavit, Victorio ad manum fuisse. Omnium autem frequentissime Victo-